

Fugientem ad Ecclesiam non licet excludere, sed recipiendus est. n. 274.

### Attentatum.

Tomo 5.

Attentatum est mutatio statutus ejus rei seu cause, de qua sub iudice lis pender, facta praetextu juris alterius litigantis, in prejudicium alterius, & contemptum Judicis superioris. fol. 570. n. 430.

Si Judex a quo, vel viator, aliquid attentat, est statim a Judice ad quem revocandum attentatum, si fuit appellatum a definitiva. n. 431. Et refundenda expensa parti lasta, facta ad obtinendam revocationem, priusquam in causa procedatur. fol. 571. n. 432. Si Attentatum non potest in continentem probari, tradicatur una cum causa principali. n. 433.

Facto attentato ab appellante sententia transt in rem judicatam, perinde acsi nunquam appellatum esset. n. 434.

### B.

#### Bancarij.

Vide Nummularij.

#### Bannum. Banniti.

Tomo 2.

Banniti à Principe inferiore, inter Relegatos potius quam Deportatos numerandi. Possunt enim testari sicut secundum formam Juris communis. fol. 148. n. 220.

Tomo 6.

Feminae in Bannum Imperiale incident, si vim publicam inferri mandent: bannitos teste recipiant: mandatis executoribus Caesaris obtinente non parent, salvo carum pudore: & instar personarum Ecclesiasticarum omnibus beneficijs, bonis, privilegijs privantur. fol. 171. n. 483.

Bannum Imperiale à solo Imperatore, vel, eo absente, à Rege Romanorum irrogari potest. fol. 336. n. 582. Sic Banniti testamentum facere non possunt. sunt incapaces successorum. omnia bona amittunt de parenti. Incapaces sunt Judiorum. n. 584.

#### Beneficium.

Tomo 1.

Beneficium non conferri invito, verum est per se loquendo, & quando est rationabiliter invitius, alioquin sepe fallit. fol. 9. n. 117. ubi vide fallentias.

Beneficium quomodo triennio prescribatur, vide Prescriptio triennalis.

An & quando in Beneficiis commutandis aut resignandis committitur Simonia, vide Simonia.

#### Bestialitas.

De hac vide. Sodoma.

#### Bigamia.

Tomo 6.

Bigamia, seu Polygamia, sumpta prout habet rationem delicti, consistit in eo, quod vir aut uxor,

### B.

vivente conjuge, alteri se matrimonio jungere co[n]atur. fol. 88. n. 130. Est gravius adulterio. eod.

Bigamia punitur in Imperio pena gladij. fol. 88. n. 131. Jure Civili videtur punienda sicut adulterium. n. 132.

Contrahebas cum habente conjugem, sed non habens conjugem, punitur pena adulterij. fol. 89. n. 136.

Etiamsi Bigamus priorem non cognovisset carnaliter, adhuc puniebas esset bigamus. fol. 90. n. 138.

#### Blasphemia.

Tomo 6.

Blasphemia est crimen Laes Majestatis Divinae. Consistit in dicto contumelioso in Majestatem Divinam. fol. 90. n. 139. Non est de essentia illius, verba prolatra esse falsa, dummodo sint contumeliosi, irreverentiam, quam profectuntur. n. 140.

In Sanctorum contumelia tunc committitur blasphemia, quando verba proferuntur cum respectu Deum. fol. 91. n. 141.

Audientes tenentur etiam Jure positivo arguere blasphemum, (a spes fit emendationis, & abit periculum proprium) imo & intra triduum denuntiare, (nisi fit confutudine abrogatum) sub pena blasphemorum. n. 144. & seqq.

Jure Ecclesiastico varia pena in blasphemos constituta sunt, quas vide n. 146. & seqq. nisi blasphemus in continentem revocet. fol. 92. n. 149.

Jure Civili etiam in pena variarum est. ut visideri potest n. 150. & seqq. Jus Bavicum pro Nobilibus statuit penam pecuniariam. fol. 93. n. 153.

Hæretici negantes Sanctis deberi cultum, quem scilicet per innumeraria miracula approbari, sunt blasphemati. n. 154.

#### Bonæ fidei contractus.

Tomo 4.

Aliqui solo Confessu[m] perficiuntur, aliqui Re[ligio]nis generis sunt: Emprio, Venditio, Locatio, Conducio, Societas, Mandatum. Ex his celebritudo est Emprio, Venditio. fol. 1. Exeo quod solo confessu[m] perficiuntur, male intulit Giphanius, esse nudum Pactus prout hoc opponitur Contradicibus: dicuntur tamen esse nudum pactum, quatenus nec verborum solennitatem, nec scripturam, nec traditionem ad substantiam requirunt. fol. 2.

#### Bona vacancia, vel derelicta.

Tomo 1.

Bona vacancia à peregrino in hospitali sine ha-rede decedente relata, applicanda sunt ab Episcopo ad pias causas. fol. 399. n. 3.

Ut bona censentur derelicta, non sufficit, in eum statum devenisse, ut nisi tu occupares, omnino perire, aut non possint ad dominum sine maiore sumptu reverti. Sed animus domiri ex circumstantiis colligendum est, & impossibilitas moralis recuperandi talis esse debet, quae reddit domino suum dominum nullum aucti-estimationis, fol. 400. n. 5. & 6.

Re

### C.

Res pro derelicto habita sit primò occupantis, si velit esse dominus, & dominij capax sit. f. cod. n. 8.

#### Bonorum Collatio.

De Bonorum Collatione ab hereditibus facienda vide. Collatio Bonorum.

#### Bonorum Possessio.

Tomo 2.

Bonorum Possessio contra tabulas solis liberis datur, non item ascendentibus, multò minus lateribus, aut alijs extraneis. Liberis, inquit, præteritis in testamento, ceteris, que non habent pro exhereditatione. Utilitas hodie præcipua esse videtur, ut occurratur scriptis hereditibus, qui jure prætori facilius impetraret Bonorum Possessionem secundum tabulas: de cetero vix potest habete utilitatem, cum testamentum sit nullum. f. 147. n. 640.

Bonorum Possessio secundum tabulas conceditur cuicunque heredi scripto secundum tenorem testamenti, habetque plus securitas quam hereditatis petitio. fol. cod. n. 641.

Ut Prætor det Possessionem Bonorum secundum tabulas, non confidatur an ex aliquo capite testamenti sit impugnable, dummodo tabula sint suprema, septem sigilli signata, factæ ab eo qui Ius testandi habuit. Impugnat postea testamento Prætoris beneficium evanescit. Dum tamen p[ro]t[er]et appellatio a sententia contra testamentum lata, non datur bonorum possessio ab intestato proximitatis iure. fol. cod. n. 642.

Quando testamentum est Nuncupativum, Bonorum Possessio secundum nuncupationem datur, cod.

Volant aliqui, quod Bonorum Possessioni estet locus post clapsum tempus petenda hereditatis. fol. 148. n. 643. Alij alias utilites querunt, vg. quod constitutus sub aliena potestate posset petere Bonorum Possessionem ignorantia illo, sub cuius potestate est, accende ratiabitione: item, quod Bonorum Possessionem erit inferior gradus agnosceri posset; item quod peti posset per Procuratorem, & sub conditione: quod de singularium rerum hereditatarum possessione habeat interdictum Quorum Bonorum. Alij vero negant hodie esse Bonorum Possessiois usum, eo quod per Constitutiones Civiles plenissime sit cautum. cod. & seqq.

#### Bulla.

Tomo 1.

Bullam non esse receptam, intelligendum, quod intra decennium fuerit non usu desuetudine abrogata. fol. 6. n. 29.

#### Cæcus.

Tomo 2.

Cæcus nec testamentum purè nuncupativum, nec purè scriptum condere potest, sed utriusque

### 21

solemnitates aliquo modo observare debet, ut valet testamentum, ut proinde sit qualis mixtum, ob fraudum magis periculum. fol. 54. n. 246.

Jure Bavario (secus iure communis) requiritur tanquam substantialis solemnitas, ut in testamento cœci præter nomen heredis, exprimatur etiam eius dignitatis, statutus aut conditionis sit. eod.

Non viraretur testamentum perverione ordinacionis, sicut nec alia testamenta. fol. 55. n. 247.

Ad Cœcum Codicilos non requirunt sepius Testes unū cum Notario, sed solū, ut Cœsus ultra quinque testium numerum consuetum, Notarium aut sextum testem adhibeat, ac præter scripturam & subscriptionem testium, voluntatem suam expressæ nunciperet. fol. cod. n. 248.

Ad testamentum Cœci inter liberos, vel ad causas pias, requirit Jus Bavicum ultra communia testamentorum inter liberos Notarium, aut ejus loco alium testem. fol. cod. n. 249.

#### Calumnia.

Tomo 6.

Juridic loquendo tunc committitur, quando quis aliam malitiosè, & scienter in Judicio accusat de falsis rebus, vel conatur falsinere, quod scire debet esse iniustum, & idcirco exiguit ab Actore Juramentum Calumniae. fol. 93. n. 155. de quo vide Juramentum Calumniae.

Pœna Calumnia, est arbitria pro diversitate circumstantiarum. cod.

#### Cambium.

Tomo 4.

Contradictus Cambij est species Permutationis, adeoque contractus innominatus, & est Pecunia cum pecunia permutatio: ita quidem, ut statim transversetur primo loco solute dominium, in quo differt ab Emptione. fol. 114. n. 369. ubi vide ejus differentias a muro, & explicationem variorum terminorum hic spectantium.

Litterarum Cambij periculum est Camporis, & hoc sensu gerit personam mutuantis. fol. 125. n. 371.

Quando Contractui deest titulus realis, & tantum est apprens, vocatur Cambium Siccum, quia est Usurarium, & opponitur Reali. fol. 125. n. 373.

Cambium Reale dividitur in Cambium Manuale seu Minutum, quando commutatur pecunia praesens minùs bona cum meliore: & in Cambium Locale seu per Literas, quando commutatur praesens pecunia cum abiente. fol. cod. n. 374.

Quando Campori solvit pecunia presentem, ut reddatur alibi tuo correspondenti, solet fieri instrumentum publicum. Quando vero Camporius solvit prior Campori, accipit a Campore litteras ad correspondentem, ut solvat, & in ratione referat. fol. 125. n. 375. & seqq. ubi varie utilitates Cambij recensentur.

Cambium manuale justificatur ex pluribus titulis, ut Camporius accipere possit plus quam dat.

i. Lucrum